



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 149. Contentiones inter Joannem Navarræ Regem, ejusque Filium

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

rique bello premantur, jam autem, si Itali Sæcul. XV.
 deficient, nulla navalis belli spes supere- A.C. 1454.
 rit; Veneti enim ob foedus cum Turcis
 sancitum opem ferre recusabunt; Ge-
 nuenses vero Turcis omnino tributum
 pendere, atque aliunde ab Alphonso, ne
 bellum moverent, præpediri dicuntur.
 Præter hæc cum Arragonum Rex solus
 bello navali gerendo impar, & summi
 Pontificis classis haud numerosa sit, ma-
 ritimæ expeditionis feliciter suscipiendæ
 spes penitus succisa est. Si autem ter-
 ra Turcis bellum inferatur, Mahometes
 quieto Hellesponto innumeras propemo-
 dum copias ex Asia in Græciam nullo
 ferme negotio traducet: His accedit,
 quod Castellæ, Arragoniæ, Navarræ, &
 Lusitaniæ Reges voluntate & opinione
 inter se dispares sint.

§. CXLIX.

*Contentiones inter Joannem Navarræ
Regem, ejusque Filium.*

Videbantur equidem dissidia inter Ca-
 stellæ & Arragoniæ regna quodam-
 modo composita: ast acriore adhuc con-
 tentione collidebatur Navarræ Regnum,
 ubi nimirum Joannes Rex, & Carolus
 Vianæ Princeps ejusdem Filius capitales
 inter se inimicitias fovebant. Carolus Maria. lib.
 a potissima Procerum parte maximi ha- -22. c. 15. § 19.

D d 3

bebatur,

Sæcul. XV. bebatur, favebatque eidem Soror ejus
 A.C. 1457. Blanca, tanta Patris indignatione, ut eo,
 legitimo licet hærede, excluso Regnum
 in Comitem Fuxensem generum suum
 transferre cogitaret. Adeo autem Na-
 varrensis displicuit hoc consilium, ut
 illud elufuri, Carolum Pampelonis Re-
 gem proclamarent, etsi itinere ad Patrum
 suum Alphonsum in Italiam suscepto
 tunc abesset. Hæc non levia quoque
 erant Turcici belli obstacula; nec minus
 oberat bellum ab Henrico neo-electo Ca-
 stellæ Rege adversus Mauros susce-
 ptum, propter quod ingentes collegit co-
 pias, quibus tamen nil nisi agrorum vasta-
 tiones, ac incendia intulit, nec unquam ur-
 bem recuperavit, tanto Castellorum
 dolore, atque pudore, ut ipsum Regem
 captivitati tradere molirentur, quæ tamen
 consilia ipse festino ad tutiora recessu
 elusit. Ceterum Alphonsum Italici soli
 amoenitate adeo delectabatur, ut nunquam
 in Hispaniam redire voluerit, quamvis
 plurimorum votis exoptatus, ejusque
 præsentia oppido necessaria esset, ut Na-
 varræ Regem fratrem suum cum Nepo-
 te conciliaret.

§. CL.

*Classis a Rege Lusitanice contra Turcas
 in Italiam missa.*

Rex Lusitanicæ ceteris Religionis zelo
 arden-